



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 90. Quid intelligatur per valorem 24. ducatorum de Camera.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

etiam Cardinalium & Legatorum Apostolicorum inferitur, uti videre est apud *Barb. de Pot. Ep. alleg. 57. n. 52. & Tond. p. 2. c. 3. §. 5. n. 22.*, idque unice, ne Camera Apostolica fraudetur annatis, quòd autem ista clausula non habeat effectum, ubi valor omnium beneficiorum non censetur excedere 24. ducatos, id per accidens est, nam obtinet effectum in indultis ad alias Provincias, ubi beneficia taxantur ad verum valorem, hinc clausula ista ubique relinquatur, ne mutetur stylus scribendi, unde dato, quòd opus sit in supplica ad Papam exprimere verum valorem, hinc non est opus ullà supplicà ad Papam, ergo nec opus hoc exprimere.

Q. 90. Quid intelligatur per valorem 24. ducatum 677  
torum de Camera. R.

§. I. Ducatus auri de Camera est Scutum aureum & unus argenteus seu Julius; Scutum autem aureum secundum monetam nostram est ducatus sive duo Imperiales in specie. Quòd si dicatur ducatus, & non addatur, *de Camera*, attendendus est valor ducati currens in loco beneficii, *Garc. p. 9. c. 3. n. 151.*

§. II. Pro designando valore beneficii non debent computari emolumenta incerta, sed sola certa, uti sunt anniversaria fixa & dotata, *Suar. Castrop. Garc. VVames.* Etiam probabiliter non debent computari stipendia pro Missis, si has posset legere per alium, tunc enim non sunt fructus beneficii sed proprii laboris, *Guttir. Graff. Garc. n. 166.*; debetque detrahi etiam pensio imposita beneficio, quia beneficium censetur valere hoc, quod beneficiato remanet detractis oneribus, *Gigas, Castrop.* contra alios: excusatur autem mala expressio valoris, si sit excessus modicus, id est, non ultra sextam partem, *Mandos. Leur. p. 2. q. 659. n. 8.*

V 4

§. III.

679 §. III. Cùm anni variant in proventibus, valor taxari debet ex annis pluribus: Et sufficere attendi quinque præcedentes, dicunt *Mandos. & Mascard.* sed attendi debere 10. præcedentes docent *Garc. & Castrop.* Vide *Leit.* q. 660.

680 Q. 91. Quid notandum sit circa possessionem annalem. R. Seqq.

§. I. De hac ita habet Regula Cancell. Dominus noster, ut improbi lites exquirentium mores reprimantur, statuit & ordinavit, quòd quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediate præcedentem pacificè possessum, & quod certo modo vacare prætendit, deinceps impetraverit, nonvenit gradum & nobilitatem possessoris ejusdem, & quot annis illud possederit & specificam & determinatam causam (ex qua constare clarè poterit, quòd nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competat) in hujusmodi impetratione exprimere, & intra 6. menses ipsum possessorem ad iudicium evocare facere, causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusivè prosequi debeat & teneatur, alioquin impetratio prædicta & quacunque inde secuta nullius existant firmitatis; & idem impetrans de damnis & interesse possessorum ipsum propterea contingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum frivole ac indebitè molestasse repertus fuerit, 50. florenos auri persolvere Camera Apostolica sit adstrictus, nec aliàs quàm præmissa vacationis modus, etiam per litteras, si neuter aut subrogationis vel aliàs sibi quoad hoc, ut hujusmodi beneficium eà vice consequi vel obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum censeatur.

681 §. II. Expressio multorum, quæ Regula recenset, non est necessaria, si beneficium impetretur apud